Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



catem uram Nunc ergo dic sub quo arbore comprehendis eos colloquentes
sibi. Qui ait sub primo Dixit autem ei daniel Recte mentitus es
et tu in capite tuo manet enim angelus domini gladium habens ut secet
te medium et interficiat tuos. Et clamauit itaque omnis populus uoce
magna et benedixerunt deo qui saluat sperantes in se. Et consurrexe
runt aduersus duos presbyros conuicerat enim eos daniel ex ore
suo falsi testimonii dixisse fecerunt que eis sicuti male egerant adusque
primum et interfecerunt eos. Et saluatus est sanguis innocuus in die
illa. Ps. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es de
Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Secundum Johannem.
Nil tem Perrexit ihesus in montem oliuet et diluculo iterum uenit
in templum. Et omnis populus uenit ad eum et sedens docebat eos. Adduc
unt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam et statu
erunt eam in medio et dixerunt ei Magister hec mulier modo deprehen
sa est in adulterio. In lege autem mandauit nobis moyses huiusmodi
lapidare. Tu ergo quid dicis. Hec autem dicebant tentantes eum ut
possent accusare eum. Ihesus autem inclinans se deorsum digito scribe
bat in terra. Cum autem perseuerarent interrogantes eum erexit se et
dixit eis. Qui sine peccato est uestrum primus mittat in illam lapidem. Et iterum
se inclinans scribebat in terra. Audientes autem unus per unum exi
ebant incipientes a senioribus. Et remansit solus ihesus et mulier in me
dio stans. Erigens autem se ihesus dixit ei. Mulier ubi sunt qui te accu
sabant. Nemo te condempnauit. Que dixit. Nemo domine. Dixit autem
ihesus. Nec ego te condempnabo. Vade et amplius noli peccare. Off.
Gressus meos dirige domine secundum eloquium tuum ut non dominetur mei omnis iniquitas. Secreta.
Concede quesumus ut hui sacrificii munus oblatum fragilitatem meam
abomi malo purget semper et muniat. Com. Nemo te condempnauit.